



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

**XLV. Plutarchi,**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IV.

53

cujus opus in epitomen contraxit Justinus, Antonini Pii temporibus. Paucis ille comple-  
xus est gesta Mosis, at ea tamen aliquot fabulis inquinavit, ut fere Autores illi, *peii, & fini,*  
& aetate & spatius locorum à Mose & Judæa discreti, proptereaque Judaicarum rerum  
satis rudes. Quaecunque tamen afferit Trogus, utcunque adulterata, ex Mosaicis ta-  
men adyis deponita esse liquet. Notabile imprimis est, quod Judæis Sacerdotibus ju-  
stitiae religione temperata testimonium præbet.

XXXVIII. Herodis & Augusti familiaritate floruit Nicolaus Damascenus, au- *Nicolaï Dam-*  
ctor Historiæ universalis: qui cum & Syrus esset, & Herodis Judæorum regis amicus, *mæstori,*  
res profecto Judaicas ignorare non potuit. Ex hac ergo ipsius Historia narrationibus  
suis confirmandis testimonia quadam afferit Josephus. Celebratissimum illud est, quo  
Mosis Judæorum legislatoris libros citat. In eo de Arca Noachi agens, & Armeniæ  
monte ad quem appulit, vocari ait montem hunc, *Cæsius*. Ab Arca ipsa ita dictum ve-  
re existimabat Scaliger: naves enim, *Cæsius*, appellabantur, cujus vocis originem, vul-  
go ignorabilem, docuit me Aeschylus Scholastes. Is ad hec Aeschylus verba: *Ξέρεις δὲ*  
*μήλη παιανίαν θυρέων τούτην;* sic differit: *οὐ Ξέρεις δὲ πάσα τὰ νηγά δηλούτι*  
*τούτα, Καὶ εἰπώντας τὰς τούτους γαρ οὐκοῦνται, οὐδὲ τούτους πολλούς,*  
*όλη δὲ Εὖτε τούτους* Cæsius. Xerxes autem mala videlicet omnia appetit, & attraxit navibus  
Baribibus, Bari profectis, que Persia urbs est, ex qua & naves Barides dicta. A Persis  
translit ea vox ad Ionas, ut intelligitur ex Corinthi libro de dialectis: hinc ad Græ-  
cos & Latinos. Sed hoc obiter.

XXXIX. Hoc avo vixisse videtur Ptolemaeus Mendesius, qui res Ægyptias tri- *Ptolemei*  
bus libris complexus est. Minime ille quidem Judæorum præeunte Mose exitum ex *Mendesii.*  
Ægypto prætermisit, quem ad Amosios regis Ægypti tempus retulit. Verba ipsius  
repræsentavit Apion, ex Apione Clemens Alexandrinus. Meminerunt eorumdem Ju-  
stinus in Parænesi, Tatianus, Africanus apud Eusebium, & Cyrillus.

XL. Huic subjiciemus Strabonem, virum pretii quantivis, qui de Mose & Judæis  
summo candore differuit. Scribit enim profanos Ægyptiorum mores exosum Mose, *Strabonis,*  
collecta ingenti piorum hominum multitudine concessisse in Judæam, illicque fixis se-  
dibus, & sanctis Dei colendi ritibus institutis, abjectoque potissimum & ejurato ido-  
lorum cultu, non tam vi & armis, quam pietate imperium confirmasse: verum in pe-  
jus deinde vergentibus Judæorum animis, puram religionem superstitionibus fusse la-  
befactatam; & quæsitus sanctitate ac integritate vita imperium gentem nefariam  
tyrannide & latrociniis auxissè. Falsa quidem veris nonnulla admiscet, sed viro φιλο-  
λογοῦ, ac res ab aliis sibi traditas ingenue referenti condonanda.

XLI. Quæ à Ptolemaeo Mendesio acceperat, non retulit modo Apion Gram- *Apionis;*  
maticus, sed suo etiam assensu comprobavit, pessime licet erga Judæam gentem affe-  
ctus, quam & scriptis suis proscidit. Mosem igitur Judæis Ægyptum fugientibus præ-  
vissè fatetur, cum Argis Inachus, Amosis in Ægypto regnaret. Itaque eum in testi-  
monium adducunt Justinus; adducunt & Tatianus, & Africanus apud Eusebium. Verba *Justin. Paræn.*  
ipsa exhibet Clemens Alexandrinus. Verum longe plura afferit Josephus ex libris Gram- *Euf. Ptole. libr.*  
matici hujus, qui sincerum licet veritatis vas incrassare tentet, Mosis tamen res ge- *10. cap. 10.*  
fas mirifice confirmat.

XLI. Huc conferendi, Philo Judæus Apionis hujus æqualis, qui eruditissimis *Philonis, Jo-*  
lucubrationibus Mosem illuvstravit; Flavius Josephus Judaicarum Antiquitatum verna- *sephi, & Justi*  
culus vindex, qui Vespasiani ac Titi præcipue temporibus emisit; & Justus Tiberien- *Tiberiensis,*  
sis Josephi ὁ μάρτυς & adversarius, qui Chronicon regum Judæorum scripsit, & à Mo-  
se aufpicatus est.

XLII. Cuinam vero potissimum aetati tribuendi sint Autores apocryphorum *Autorum li-*  
librorum Esdra, tertii, & quarti; item tertii Machabæorum, incertum est: neque vero *bri terii &*  
hæc est presentis loci tractatio. Constat modo expressas in iis Mosaicis operis notas *quatri Esdra,*  
extare.

XLIV. Arcano Mosis volumine Judaicum jus contineri, atque à Judæis edisci, *& tertii Ma-*  
servari, & metui, scriptum reliquit Juvenalis.

XLV. Columba è Deucalionis arca ad explorandam tempestatem emissa me-  
minit Plutarchus. Atque id quidem vel à Mose summis ipse, vel quod potius existi-  
maverim, ab aliis qui à Mose sumserant. Quanquam ex sacris Libris suis ipsum, &  
Platinum, & Numenium, & alios complures, exornasse vult Theodoreus. Quæcun-  
que certe de Typhonie narrat in libro De Iside & Osiride, ad Mosem pertinere, &  
nos dicemus infra, & alii demonstrarunt: velut cum ait Typhonem asino vectum per  
dies septem fugisse, & liberos demum Hierosolymum & Judæum genuisse. Quippe  
legitur in Exodo: *Tulit Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum.* *Theodoreus, De*  
Post sex dierum fugam, lepto conquevissile Mosem fabulantur Trogus & Apion. *curand. Grac.*  
*Exod. 4. 10.* *Justin. l. 16. c. 2.*  
*Jos. l. 2. in Ap.*

G iii

## PROPOSITIO IV.

54

Tacit. Hist.  
libr. 5, cap. 2.

Idem habet Tacitus, atque id præterea, Judæorum exundantem per Egyptum multitudinem, ducibus Hierosolymo ac Iuda, proximas in terras exoneratas. Scribit ibidem Plutarchus ex Phrygum historiis, Typhonem filium fuisse Ifaaci, qui fuit Herculis filius.

Num. 12. 1.

Comitem quoque eum adjungit Æthiopissa Reginæ; hoc est, ut videtur, Sephoræ, qua filia fuit Raguelis, horum locorum reguli, juxta Artapanum, Ezekielum, & alios; quæque Æthiopissa appellatur in libro Numerorum, hoc est Chusitis: nam Chus, que Arabia est, Æthiopia fere redditur ab Interpretibus. Pluribus id argu-

mentum persecutus est Bochartus in Hierozoico.

Boch. Hieroz.  
Part. 1. 1. c. 34.

XLV. Locum hic sibi vindicat Phylo Byblus Sanchoniathonis interpres, cuius opus ad Mosis libros esse expressum supra docuimus.

Philonis By-  
blii,  
Galeni,  
Gal. De diff.  
pulf. libr. 3.  
& De vñ. part.  
libr. 11. cap. 14.

XLVII. Huic subiungemus Galenum Pergamenum, qui quam pertinaciter Mosis adhærerent Judæi, in opere De differentia pulsuum; quam pie etiam ac prolixe de infinita Dei potentia sentiret Moses, obiter in libro De uñ partium corporis humani significavit.

Ptolemaei  
Chenni,  
Phot. Cod. 190.

XLVIII. Fuit etiam hoc ævo Ptolemaeus Alexandrinus, Hephaestionis filius, cognomento Chennus, cuius ineptissimum hoc commentum refert Photius, Mosem Judæorum legislatorem Alpha fuisse dictum, quod vitiligine laboraret, qua ἀλφες Graece appellatur. Veteri hac calumnia jamdiu ante Ptolemaeum istum vexati sunt Judæi, conflasse ipsos agmen hominum impetrigine ac lepris affectorum, atque collecta hac hominum languentium colluvie Syriam repetiisse. Hoc ipsis objecrunt Manethos, Lysimachus, & Apion; Josephus vero confutavit.

Joseph. libr. 1.  
cont. Apion.  
Tacit.,  
Hist. libr. 5, cap. 3.  
& 4.

XLIX. Objecit id & Trogus apud Justinum; objecit & Tacitus, qui veram Mosis, totiusque Judaicæ gentis historiam infuscavit aliis plerisque fragmentis; cuiusmodi multa hoc tempore adversus Judæos, vulgo odiosam gentem, jačabantur. Sed tamen non tantum fama mendax potuit, ut penitus veritatem extinguoret: multis illa siquidem, iisque illustribus sese in hac narratione Taciti prodidit indicis.

Plinius, Apu-  
leii,  
Plin. 1. 10. c. 1.  
Apul. apol. 2.

LX. Haufit Plinius ex eadem mendaciorum face, quod de Mose scriptis, magice nempte cuiusdam factio[n]is auctorem ipsum fuisse. Haufit & Apuleius inter famulos Magos Mosem celebrans.

Luciani,  
Lucian. De  
Dea Syr.

LI. Lucianus quidem de Mose pertinaciter filuit; sed Mosaica tamen nonnulla habet, velut accuratam Diluvii, & Arcæ historiam, quam se à Græcis acceptissime ait. Multa quoque de Adonide & Osiride narrat, quibus adumbrari Mosem suo loco à nobis demonstrabitur. At Auctor Dialogi, qui inscribitur Philopatris, & inter opera Luciani edi solet, Luciano licet videatur aliquanto vetustior, & circa Trajanæ tempora lucubratus, mundi creationem ipsis fere Mosis verbis narrat, cumque auctorem citat, & Λευκάνων appellat, quod impeditioris esset & tardioris lingua.

Numenius,

Porphyrii. De  
antr. Nymph.  
Origen. cont.  
Cels. libr. 4.  
Euf. De Præp.  
Evang. 1. 9. c. 6.  
& 8. 1. 11. c. 10.  
Clem. Alex.  
Strom. 1.

LII. Numenius autem Apameus, Pythagoricus juxta & Platonicus Philosophus, vir magni inter eruditos nominis, non apertam modo & explicatam Mosis injicit saepem mentionem, sed suos etiam libros Mosaica doctrina locupletavit. Tradunt id Porphyrius, & Origenes, plurima vero affert Eusebius, unde id constare possit. Fertur imprimis hoc ejus dictum, οὐ γάρ εἴτε πάστος, οὐ μαστιχῆς αἴτιος, quibus ingenue agnoscit Ethnicus Philosphorus, Platonem illum qui à suis divinus appellatus est, dogmata sua à Mose sumfisi. Mosem præterea, non Prophetam solum dicit, ut testatur Porphyrius, sed Theologum etiam, & legum divinarum interpretem, ut ejus verba indicant, quæ recitat Clemens Alexandrinus. Alio loco Musæum eum nominat, Judæorum ducem, virum Dei precibus exorandi scientissimum, & calamitatum Ægypti auctorem.

Longini,

Porphyrii.

LIII. Longinus, Zenobia Palmyrenorum reginæ à consiliis & studiis, criticæ artis princeps, in aureolo libello οὐδὲ τίπει, eximio Mosem elogio exornat; nam Dei Potestatem pro dignitate cognovisse & elocutum fuisse ait: quippe qui, inquit, initio legum Deum dixisse scribat: Fiat lux, & facta est; Fiat terra, & facta est. Verumtamen quæ hic tanquam sublimia & ἐξηγησομένη affert è Mose Longinus, ut ejus styli ἀσπόρια approbet, simplicissima sunt. Rem quidem narrat Moses longe maximam, sed stylò λεπτῷ. Atque hinc addūcor ut credam, hac aliunde Longinum accepisse: nam si ad ipsis recurrisset fontes, & Mosis libros evolvisset, summan deprehendissem ubique χαρακτήρα ὑπόστατη, quam persecutum esse Mosem puto, propter dignitatem materiæ, quæ doceri contenta repuit omnem ornatum. Cum cæteroqui cognoscatur ex ipsis Canticis, & ex libro Jobi, quem ejus factum esse ostendam, in publici hoc genere dicendi exercitatissum fuisse.

LIV. Longinum audivit Porphyrius Tyrius Philosophus, qui res Judaicas tractavit peculiari operæ, & scriptis à se libris peltiferis Christianos oppugnavit. Cujus